UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Amor præsens Deo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

CONSIDERATIO XXII.

AMOR DEI,

Amor ſe ornans.

QUarta conditio, *ornare ſe, ut illi placeat*, C anima, flagrans amore DEI, fieri ſemper pulc ſeipsâ, non in ſuis oculis, ſed dilecti ſui, *ut illi placeat* debet, & à quo accipit ornamenta pulchritudini.

O quis mihi det, quidquid pulchrum & deſider eſt in Natura, quidquid cœleſte ac divinum in gra Quis mihi det æquare amore Seraphinos? aſſequ gnitione Cherubinos? gaudere pace Throno Quis det Dominium æquale Dominationibus; miracula Virtutem, terrere Dæmones inſtar Po tum! Quis det mihi cor tam amplum & ſpatio ut intra ſe complectatur totum mundum, ut ſimul Angelis Archangelis, Principatibus, toti conformi lo, feliciter illum perducamus in cœlum!

Totum hoc vellem, & multo plus quàm dicam, & unicè, *ut illi placeam*, ut illum oblectem, pleam beneplacitum ejus: ut grata fiat Sponſo ſimo Sponſo ſuo. Si *dilectus meus mihi* totus eſt in meum bonum; *& ego illi* intenta ſim pa beneplacitum ejus.

CONSIDERATIO XXIII.

AMOR DEI,

Amor præſens DEO.

QUinta conditio, *eſſe cum illo quomodo poſſ ſi non re, ſaltem cogitatione.* Proprium eſt Amo quærere ſemper præſentiam amati: amor tenus præſentiam: quando realem non poteſt,

...quæ eſt. O cognitio DEI, bella imago DEI! Gau-
... cogitando Deum, quia habes præſentem DEUM.
... eſt res carior imagini, quàm ſuum exemplar.
... delectatur, quando perfecta eſt. Leva mentem
... Deum, ad tuum Prototypum, ad cœlum; & contem-
...ando fies perfecta.

Præter hanc imaginem internam, eſt alia extra DEUM.
... eius eſt, excitare internam. Aſpice creaturas,
... non ſiſte in illis; cum una adveſperaſcit, dum al-
...ra lucẽſcit. Qui fecit hæc pulchra, pulchrior: qui fecit hæc
...na, melior: qui fecit hæc Sancta, Sanctior eſt.

O pulchrum florem! ſed quid facies illo flore, qui eſt
... DEI, *Flos Virginis*, natus in ſinu DEI, renatus in
... gremio Virginis? Hic eſt flos paradiſi, ſemper recens,
... nunquam marceſcens. Odorem habet vitæ æternæ;
... ſufficit ſolus efficere beatos.

CONSIDERATIO XXIV.

AMOR DEI,

Amor Univerſorum.

S...ra conditio, *amare omnia, quæ ad eum pertinent;*
... amicos omnes, domos, veſtes, imagines: Non habet
...minum verus Amor DEI: *amat interna DEI,*
amat externa: amat Deum, & quidquid eſt DEI: amat
Deum in ſeipſo, amat in creaturis. Amat proximum,
ut amicum Dei: Mundum, ut templum Dei: ju-
cundas illas pompas cœli, ac terræ, ut varias veſtes, &
ornamenta Dei; & omnes creaturas, ut ſpecula &
effigies DEI.

O quàm magnus eſt DEUS! Magnitudo quæ con-
...et omnia. Quidquid eſt, vel Deus, vel Dei eſt. Ta-
...m oportet eſſet noſtrum amorem, amorem univerſa-
...m, amorem illimitatum. Ama DEUM, & opera DEI:
... ſemper intra Deum, nunquam extra Deum. *Si intra*
Deum currimus, ubicunque incedimus, *intra Deum a-*
...mus, quidquid amamus. (*S. Gregor.*)